



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censuris, In Qua Sex Disputationibus De Poenis Ecclesiasticis, deque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XI. De absolute à censura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

PUNCTUM XI.

De absolutione à censura.

S. I.

Censura semel incurfa, non alia via tollitur quàm absolutione.

- 1 Proponantur eventus, in quibus videatur censuram semel incurfam cessare, nulla absolutione premissa.
- 2 Communis est sententia absolutionem necessariam esse.
- 3 Censura plene, & perfecte non cessat morte censurati, nec ob mortem auctoris.
- 4 Neque item sola satisfactione parri laesa praesitit.

In triplici eventu dubium esse potest; an censuram semel incurfam cesset nulla absolutione premissa. Primò mortuo auctore censuræ, quia censura videtur esse quoddam mandatum obligationem censurato imponens, at mandatum mortuo mandante cessat. Secundò mortuo eo, qui censura ligatus est. Nam cum censura sit quoddam accidens morale, percute subiecto cui inest, perire debet. Et explicatur amplius, censura subsistere nequit in anima à corpore separata, utpote quæ Ecclesie jurisdictionem egressa est, neque etiam in corpore, utpote re inanimata, & nullius obligationis capaci. Tertio post to sine à censura intento, scilicet condigna satisfactione, quæ media censura procuratur, videtur censura cessare: etenim omnis censura cum sit pena medicinalis, solum iniungitur pro tempore quo contumax, & inobediens es. Ergo cessante contumacia, & inobedientia absque alia absolutione cessat; quia ligatè non potest vitra voluntatem auctoris.

2. Ceterum communis sententia est absolutionem necessariam esse, ut censura semel incurfa auferatur. Etenim censura auferri nequit nisi à potestate concessa Petro soluendi ligatos: sed huius potestatis actus est absolutio, sicuti potestatis actus est ligatio. Ergo censura absolutione tantum tolli potest.

Et imprimis cessare nequit ob mortem auctoris, nam esto ab eo pendat in fieri, non tamen in conservari; non enim ipsa est præceptum, sed pena iniuncta ob præcepti transgressionem, quæ pena durat iure sic disponente, quousque legitime tollatur, ut aperte colligitur ex cap. si Episcopus. 11. quæst. 3. & cap. Pastoralis §. præerea de officio ordinarij. Et tradit ex omnium sententia Suar. disput. 7. sect. 1. in princ. Coninch. disput. 14. dub. 16. num. 198. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. num. 1. Gaspar Hurtado de excommunicatione. diff. 1. disp. 14.

3. Demde censura plene, & perfecte non cessat morte censurati. Nam cum censura non tantum afficiat delinquentem, sed aliis fidelibus obligationem imponat abstinendi à censurati communicatione, qua parte censura fideles viuos astringit, morte censurati non perit, siquidem eo mortuo nequeunt illius corpus tradere sepulturæ, & pro eius anima sacrificia offerre, & preces publicas fundere. Non igitur plene, & perfecte censura cessat morte censurati, tamen qua parte eum ligabat omnino pereat. Atque ita tradit Nauarr. sum. cap. 27. num. 17. 1. Couarr. 1. cap. alma mater. 1. §. 11. num. 8. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. num. 1. Coninch. disp. 14. dub. 16. num. 201. Suar. disp. 7. sect. 7. num. 5. & 6. Et indicatur satis cap. à nobis et 2. Cap. sacris, de sententia excommunicationis. & cap. is cui. eodem tit. in 6.

4. Tandem sola satisfactione parri laesa facta, emendationeque delinquentis nequaquam censura absolute laza cessat. Nam esto imponatur, ut parri fiat satisfactio, & delinquens corrigatur, id solum probat posita satisfactione, & correctione debere à iudice auferri, non tamen quod ipsa ex se cesset, uti decidit cap. cum desideres, de sententia excommunicationis Cap. qua fronte de appellatione. Cap. ex literis de excommunicationibus & aliis. Et tradunt Nauarr. Couarr. Suar. Coninch. loc. allegat. At si censura non absolute fertur, sed pro determinato tempore v. g. ad mensem, vel annum, censura non est, sed pena; nam cum censura ex sua institutione ad correctionem censurati dirigatur aliud tempus determinatum habere non potest præter tempus, quo censuris corrigitur, uti advertit Layman. de censuris, dicto capite 7. numer. 1. vers. neque h. s. obstat. Quod si feratur censura quousque satisfeceris. Ve si iudex sub hac forma sententiam protulerit. Sub censura excommunicationis ipso facto incurrenda tibi precipimus, ut debitum Petri intra tres dies solvas, sitque excommunicatus quousque satisfacias, verius est posita satisfactione te fore absolutum: uti docuit Couarr. cap. alma. 1. p. §. 11. num. 5. Aulla 2. p. de censur. cap. 7. disput. 2. dubit. 6. Coninch. disput. 14. dubit. 16. conclus. 1. numer. 28. Valq. de excommunicatione. dubit. 18. Non quidem absque vlla absolutione, ut placuit Gaspar Hurtado in 18.

quo ipsa essentia censuræ consistit, est reddere hominem censuræ affectum, dignum priuatione bonorum Ecclesie, quibus media censura priuatur. Secundus est ipsorum bonorum realis priuatio. Tertius, obligatio censura ligato inducta abstinenti ab aliquibus actionibus, & vtu rerum spiritualium. Effectus remouens censuræ dici potest, quem illius auctor media censura obtinere intendit, qui & spiritualis, & temporalis esse solet. Spiritualis quatenus intendit censuram ligati correctionem. Temporalis, quatenus media censura obtinere intendit parri laze satisfactionem.

Si de effectu remoto censuræ loquamur, id est de fine per censuram intento, sanè ab ipsomet ligato censura pendet, cum in eius voluntate situm sit à commisso delicto desistere, & parri laze quantum in ipso est, satisfaccere. Aliter si sermo sit de effectu censuræ propriis.

Primus. Nulla virtus impediti potest manente censura, cum eius essentia sit in reddendo hominem dignum, ut bonis spiritualibus Ecclesie priuatur. Secundus effectus censuræ manente censura solum à Pontifice impediti potest: nam cum à Pontifice habeat censura priuare ea affectum bonis communibus Ecclesie, nequit alius à Pontifice hanc mutare institutionem. Tertius vero effectus multipliciter potest suspendi. Primò ex ignorantia inuincibili censuræ, hæc enim suspendit obligationem, quæ tibi per censuram inducitur, sicuti suspendit obligationem quorunquæque præceptorum, quorum ignorantiam inuincibilem habes. Secundò suspenditur per vim, & coercionem, quia hæc tollit libertatem iuxta textum in cap. sacris de his qua vis mensuræ causis sunt. Tertio ex metu calente in constantem virum. Nam cum hæc obligatio sit ex præcepto Ecclesiastico regulariter stante periculo grauis damni, & trahit in præsentem situm, & trahit in præsentem situm, verbo excommunicatio 5. quæst. 14. Nauarr. cap. inter verba, in præfatio 3. numero. 4. Suar. alios disp. 6. sect. 3. numero 7. Dixi regulariter, nam sæpe metus obligationem non suspendit, ut si illius esset in religionis contemptum, vel in extorsione operis aliis illiciti. Quarto impeditur ex graui scandalo, infamia, aliòve damno ex obseruatione censuræ pronouiente tibi, vel tertio, quod alia via auertere nequis, ut docuit D. Thom. 3. p. quæst. 83. art. 6. ad 2. Nauarr. cap. 27. numero 139. Sotus in 4. d. 18. quæst. 2. art. 5. Suar. disput. 7. sect. 3. numero 13. & segg. quia præcepta purè Ecclesiastica regulariter non videntur cum tanto detrimento obligationem inducere Si enim aliquorum diuinorum obligatio ut de integritate confessionis, de sumenda Eucharistia ob prædictam causam cessat, à fortiori præiudicandum est præcepti Ecclesiastici obligationem de censura feruendam cessaturam. Quintò addunt aliqui suspendi censuræ obligationem ob communicationem spirituales alius pronouentur. V. g. es excommunicatus, suspendis, vel interdictus, si à celebratione abstineas manente die festiui, priuatur populus fructu sacrificij, & præcepti Ecclesiastici audiendi sacrum executione. Hoc autem videtur esse graue incommodum. Ergo ob illud præiudicandum obligatio censuræ suspendi debet. Sed hanc non esse causam sufficientem, ut obligatio censuræ suspendatur merito docuit Ygolin. 1. d. 1. de censur. cap. 13. §. 4. Suar. alios referens disp. 6. sect. 3. numero. 19. Quippe fructum sacrificij alia via populus consequi potest, scilicet ardenti desiderio sacrum audiendi. Et quamuis prædictum effectum non obtineat, non ob id obligatio censuræ suspendi debet, cum ex eius natura hanc inducat priuationem; aliis posses, ne populus die feriali fructu sacrificij priuaretur, imò ne tu illo careres sacrum dicere, quod non est admittendum. Hæc procedunt in censura nota & manifesta. Quid autem dicendum sit in censura non denunciata disput. sequenti videbimus. Sextò suspensio potest obligatio censuræ ex Pontificis dispensatione, nam cum omnes effectus censuræ, eiusque institutio à Romano Pontifice ortum habuerint, potest Pontifex manente censura hanc, vel illum effectum ab ea remouere, sicuti de facto à fidelibus sustulit obligationem vitandi excommunicatum non denunciatarum, & sæpe beneficium Ecclesiasticum alicui ignoranti censuram conferens, absoluit ab inhabilitate per censuram inducta, ne ea collatio irrita sit. Alter verò à Pontifice postea non habet impediendi censuræ effectum, cum neque ex iure, neque ex consuetudine vili concessum sit. Quod aperte colligitur ex cap. postinlassis de clerico excommunicato minus priuante: vbi Episcopus sgrauius punitur, si scilicet clerico excommunicato beneficium conferat: at pena dignus non esset, si manente excommunicatione illius effectus posset suspendere, cum absolute censendus esse suspensio scilicet excommunicato beneficium conferens. Vt rectè notauit Suar. disput. 6. sect. 4. num. 4. & segg.

* * *

de excommunicatione. *disp. 14. difficult. 1. in fine*, quia censura semel iniuncta non pendet in conservari ab eius auctore, sed ex se perpetuo durat, quousque ab eo qui potestatem solvendi habet dissolvatur, quare nequit iniungi pro hoc, vel illo tempore. Sed censura illis verbis absolute tollitur, & namque verba implicite continent absoluteionem, vt notant Vazq. & Coninch. *supra*, præstantque hunc sensum: intra tres dies non satisfeceris excommunicationem incurras, aqua sis absolutus posita satisfactione: nam illa verba quousque satisfeceris alicum debent habere effectum, ne sint inutiliter posita. At perseverantiam in excommunicatione non habent, cum excommunicatio semel inflata semper perseveret. Neque item excommunicationis cessationem seclula absoluteione, quia est vinculum, quod dissolvi non potest à potestate ligandi, sed à potestate solvendi, si autem absque vlla absoluteione cessaret, ex eo quod illius auctor eam pro determinato tempore scilicet quousque satisfacias impoiverit, sane cessatio censuræ eo casu non à potestate solvendi, sed à potestate ligandi proveniret. Sit ergo certum nunquam censuram tolli nisi media absoluteione. An autem dari possit absoluteio sub aliqua conditione §. sequenti videbimus.

§. II.

Quibus modis contingat absoluteionem fieri à censura.

1. *Alius est absolutus, alius conditionatus.*
2. *Sub conditione ferri absoluteio potest.*
3. *Satisfit Doctoribus oppositum sententibus.*
4. *Qualiter absoluteio ad cautelam contingat.*
5. *Qualiter absoluteio ad cautelam in foro conscientia, & in externo præstanda sit.*
6. *Qui iudices possint hanc absoluteionem ad cautelam præstare.*
7. *Absoluteio à censura concedi potest ad reincidentiam. Et qua hæc sit.*
8. *Absoluteio à censura reservata eodem de iure concedi non poterit, inducit obligationem comparandi cessante impedimento.*
9. *Secundus modus absolvendi ad reincidentiam est si absolvatur pro aliquo tempore determinato.*
10. *Eo transacto absque nova impositione censura reincidit, est plures contrariam censent.*
11. *Pontifex bene potest censura præterita absque nova culpa delinquentem ligare.*
12. *Tertius modus absolvendi ad reincidentiam est si absolvatur in ordine ad aliquem tantum effectum, suam absoluteionem nullus alius præter Pontificem concedere potest.*
13. *Prædicti modi absolvendi à censuris præstari possunt in foro conscientia, & in externo.*

1. **P**rimus, & præcipuus modus absolvendi à censura est simplex, & absolutus, nempe cum absoluteio, & simpliciter absoluteio conceditur reo emendato, & à contumacia decedenti. Secundus absoluteionis modus est conditionalis, cum absoluteio sub aliqua datur conditione, ita vt ea conditione deficiente corrumpat absoluteio. Hæc conditio potest esse de præterito, de præterito, vel de futuro. Si conditio præterita, vel præteritum tempus spectet, non est propriè conditio cum non suspendat actum, sed ea existente valet absoluteio, & ea deficiente corrumpit. At si absoluteio detur sub conditione de futuro. Vt si diceret iudex, absolvo Petrum ab excommunicatione incurfa, cum primum satisfecerit, ea absoluteio suspensa manet, quousque Petrus satisfactionem præstiterit. Posita autem satisfactione suam effectum habet, neque est iam conditionalis absoluteio, sed redditur absoluta.

2. Possit autem hoc modo absoluteionem concedi affirmant Couarru. in *cap. alma mater. 1. p. §. 11. num. 6.* Nauarr. *cap. 26. num. 12. & de pœnit. dist. 6. cap. 1. in princ. num. 64.* Suar. *disp. 7. scilicet. 8. num. 7.* Vasq. *de excommunicat. dub. 18.* Coninch. *disp. 14. dub. 16. numer. 218.* Paul. Layman. *lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. numero 2.* Gaspar Hurtado *disp. 14. difficult. 2.* Etenim nec naturali iure, nec positio irritatur, aut prohibetur hic modus præstandi absoluteionem, & sic excommunicatio ferri sub conditione potest, *Cap. præterea*, & ibi Glossa de *appellatione*. Et *cap. Romana*, verbo *caueant*, de *sententia excommunicat. in 6.* cur non absoluteio: Quod adeo verum est, vt non solum valide, sed etiam licitè si rationabili causa urgeat, præstari hoc modo absoluteio possit, vt docuit Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 22. §. 1. & 2.* Gregor. Sayrus *ibidem. conscient. lib. 2. cap. 10. numero 4.* Suar. Hurtado, & Layman. *supra*, ob rationem dictam, quia nullibi inuenitur prohibitum. Causa autem rationalis (vt rectè explicat Coninch. 8. *dub. 16. num. 213.*) ea

esset, si excommunicatus satisfactionem alibi sit præstiterit, eaque facta diu absoluteio differenda esset, nisi ei eo modo concederetur. At seclula prædicta causa necessitatis expediens non est, absoluteionem sub prædicta conditione præstare. Tum quia alienum est à praxi, vsique recepto concedendi absoluteionem. Tum quia non decet iudicem suæ absoluteionis ipsimmet reum constituere, vt constituitur cum sub conditione ab ip'o præstata conceditur. Tum quia præstat Ecclesiæ discipline, vt ream satisfactione exhibita se Præfato humiliter præferret absoluteionem consequatur.

3. Contrarium huius doctrine docuerunt Antonin. 3. *par. tit. 24. c. p. 77. §. 1. prope finem.* Angel. verbo *absoluteio*, in *initio Siluest. eodem. numer. 1.* Et ex parte Aulla. 1. *p. cap. 7. disput. 3. dub. 15.* ea ratione ducti, quia absoluteio à peccatis nequit sub conditione futura contingenti præstari, ergo neque absoluteio à censura. Deinde actus legitimi non recipiunt conditionem. *Leg. actus legitimi ff. de reg. iur. l. reg. 50. de reg. iur. in 6.* Sed hæc leuia sunt, vt à proposita sententia recedamus; admittit absoluteionem sacramentalem à peccatis dari non posse sub conditione, quia hæc absoluteio non pendet immediate à voluntate abfoluentis, sed remouet quatenus ex illa voluntate apponitur materia, & forma sacramenti à Christo instituta: quibus positis non potest liberum effectus ex humana voluntate pendere: at absoluteio à censura, aliiusque penis immediate pendet à voluntate abfoluentis exterius expressa, ideoque suspensio eius effectus potest. Ad regulam *Actus legitimi*, respondeo illos actus, qui à die, vel tempore absoluuntur vitari die vel tempore apposto: at censuræ absoluteio est respicere nequeat diem, vel tempus determinationem, indeterminatum respicere potest, scilicet illud in quo reus à contumacia cessauerit.

4. Tertius modus absolvendi à censura vocatur ad cautelam; quia eo cautetur damnum, quod ex censura ignoratum censuratum, tum alius provenire poterat, ideoque frequenter præmittitur tum absoluteio à peccatis ob vitandam sacramentum, indeterminatum respicere potest, scilicet illud in quo reus à contumacia cessauerit.

5. Sed quia hæc absoluteio peti in foro conscientie potest, vel in externo, diuersimodè in ea concedenda procedendum est. Nam si in foro conscientie petatur solo testimonio absolvendi facta promissione de satisfaciendo, si contumacia censuræ ligatum esse, concedenda est, vt notavit Sayrus *ibidem. casuum. lib. 2. cap. 16. numero 19.* Si vero in foro externo hæc absoluteio præstatur; distinguendum est, si concedenda est absoluteio generatim à censura, eo quod nullus in particulari suspensionem habes, nulla præmissa cause cognitione, neque vlla datur cautione conceditur. At si aliquis ipse censuræ absoluteio est concedenda, probare vitæ absolvendus saltem sem plenè se illa censura ligatum non esse, vel quia sententia continet errorem, vel lata fuit post appellationem legitimam interpositam iuxta textum in *cap. sol. Cap. venerabilibus. §. potest quoque de sententia excommunicationis. in 6.* vel quacunque alia de causa, vt tradit Innocent. in *d. cap. sol. numer. 2. & 3.* Anchar. *numer. 6.* Francus ibi in *princ.* Abbas *cap. Apostoli. de censur. numer. 10.* Et ibi Felix *numer. 22.* Couarru. *cap. alma. 1. p. §. 12. numer. 7.* Vgolin. *de censur. tabula 1. cap. 22. §. 1. numer. 9. & 13.* Sayrus *lib. 1. de saur. casuum. cap. 17. numer. 8.* Insuper citandus est in aduoc. instantiam excommunicatio, lata est, vel iudex qui eam tulit, si ipse ex officio processit; quibus si opponant manifestum offensam, vel contumaciam concedendus est terminus octo dierum, vt id probent & interim ab absoluteione suspententur. Quod si in probatione defecerint, condemnati sunt ad expensas factas, & censuratus erit absolvendus. Secus vero si interuim probauerint, vt hæc omnia colliguntur ex *d. cap. sol. & notantur Couarru. Vgolin. Sayrus loc. allegat.* Expellit enim vt censuræ Ecclesiasticæ timentur, ne aliter fiat eorum curam ad cautelam absoluteio, vt pluribus comprobatur Sayrus. *cap. 16. numer. 11.*

6. Hanc absoluteionem ad cautelam præstare poterit qui poterit ab ea censura absoluteio absolueret. Sed an quilibet iudex delegato competat potestas? variant Doctores, vt consiliet ut quæ adducit Couarru. *cap. alma. 1. p. §. 12. n. 8.* Sayrus *lib. 1. de casuum. cap. 16. num. 15.* Alij negant hanc potestatem, nisi pro diendo testimonio in aliqua causa quando alia via veritas comprobati non potest. Alii concedunt, quorum opinionem Couarru. & Sayrus sic conciliant, vt prima opinio inegatua locum habeat in iudicibus delegatis, ad cognoscendas causas in Romana curia: ij enim non possunt censuratos ad cautelam

lam absoluerit, excepto eo casu referendi testimonium, nisi specialiter ea potestas commissa fuerit. Secus vero est de iudicibus delegatis ad cognoscendas causas extra curiam, qui ex vi accepto hac potestate gaudent. Iudex autem ad quem constitutus pro absolutione ad cautelam adit, cessante oppositione aduersarii, vel censurae auctoris de manifesta iniuria, vel offensa concedere absolutionem debet, nisi iustissima aliqua causa moueat. Argum. *cap. cum contingat de Officio delegat. Cap. praeterea. Cap. in nostris de testib. Et attestatiouit. Et tradit Innocent. in dicto cap. solui. num. 7.* Et ibi Ioan. Andreas, Francus, Gemilian. & Anchar. quos refert, & sequitur Sayrus *dicto cap. 16. num. 17.* Nec obest quod Pontifex consultus in dicto cap. solui de sententia excommunicat. in 6. dixerit cessante contradictionis obstaculo absolutionem petenti non negetur. Nam (vt recte explicat Sayrus) intelligi debet, ne negetur ad instantiam aduersarii, non vero quod negari non possit ex alia rationabili, & iustissima causa, quae iudici visa fuerit.

7. Quartus modus, & satis frequens absoluedi a censura appellatur ad reincidentiam, eo quod veluit, cum iterum incidit, si opus sub censura praecipuum non exequitur. Quo modo absoluedi videntur saepe iudices in debitis pecuniariis: absoluedi namque ex consensu creditoris debitorem ab excommunicatione incurfa ob non solutum debitum, imposito praecipuo, vt intra tot dies fiat solutio, sin minus eadem censura ligetur.

8. In iure sunt huius absolutionis aliqua exempla, videlicet in cap. *Quod de his de sententia excommunicat. & cap. eos qui solui tit. in 6.* vbi absolutus a censura reseruat ad eo, qui absoluerit de iure, non poterat ob impedimentum legitimum iudicem aduendi, nisi postmodum eum commode possit, coram legitimo iudice non comparcat illius mandatum paratus exequi, in eadem excommunicationem incidit. Et idem est si absolutus a Sede Apostolica, aut eius legato Nuntio cum mandato comparandi coram ordinario, vel alio a quo fit penitentiam acceptus, vel cum obligatione parti satisfaciendi: haec adimpletio contempseris, cum commode possis, vt habetur in dicto cap. eos qui, & tradunt omnes. Quando autem censendum sit impedimentum cessare, vt censetur obligatus absolutus conditionem absolutionis exequi, in foro externo iudicis arbitrio relictur, iuxta Glossam in *Clem. 1. §. fin. De Penit.*, quam sequitur Nauarr. *cap. 27. num. 13.* Henric. *lib. 13. cap. 29. n. 2.* At in foro conscientiae iudicio ipse absolutus remittitur, vt tradit Glossa, & Nauarr. *supra.*

Sed an huius obligationi comparandi satisfacias medio procuratore? Affirmant Caietan. verbo *excommunicatio, casu 69.* Nauarr. *cap. 27. num. 49.* Henric. *lib. 13. de excommunicat. cap. 29. num. 3.* ex regula quod per alium facis, per te ipsam facere videris. Et cum res in foro externo tractatur id docent Gemilian. in *cap. eos qui, num. 6. de sententia excommunicat. in 6.* Stephanus Costa ibi *num. 16.* Sayr. *lib. 2. thesauri casuum, cap. 16. num. 13.* Sed rectius contrarium censet Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 4.* Tum quia Bonitacii constitutio in dicto cap. eos qui, est omnino similis constitutioni editae a Clemente III. in cap. *quod de his de sententia excommunicat. in 6.* Ceterum ab his in forma sacramenti exigi consuevit, vt resumptis viribus, opportunitate concessa Romanam Ecclesiam in propria persona debeant visitare. Ergo personalis praesentatio requiritur, & non sufficit per procuratorem. Tum quia si praedictae obligationi comparandi medio procuratore fieri posset satis, vt quid impeditis hac obligatio inducitur, vt cessante impedimento comparant, cum durante impedimento possent merito procuratore comparere? Denique hac obligatione personaliter comparandi, vt prope onerosa redduntur excommunicationi cautiore, ne iterum in excommunicationem incidant. Neque obstat illa regula iuris, *quod per alium facimus, &c.* cum expressae cautum est, ne per alium, sed per propriam personam fiat.

9. Secundus modus absoluedi ad reincidentiam est, si absoluedis pro aliquo tempore absolutus, & pro reliquo sub conditione alicuius operis exequendi. V. g. absolutus es a iudice ad tres dies ex consensu creditoris, & in perpetuum si intra illos dies debitum soluas.

10. Controversia igitur est: an ex hoc modo absoluedi praestito a Praelatis Pontifice inferioribus, reincidentis in eadem censuram, tamen nullam de nouo culpam committas? Affirmant vt reincidente Suar. *dict. 7. sect. 8.* Fileucius *tract. 1. cap. 10. quest. 4.* Gaspar Hurtado *disp. 10. de excommunicat. diffinit. 3.* Quia neque ex natura rei, neque ex iure positio hic modus absoluedi praelatis inferioribus est interdicitus. Si enim possunt poenam exilij, aliamve temporalem aliquibus diebus suspendere, cur non poterunt hanc spirituales poenam? Quod si dicatur haec poena non contrahitur absque culpa: non inde inferunt poenam culpam esse necessariam; cum non sit noua poena, sed eadem, quae aliquibus diebus fuit suspensa, quaeque ante ob priorem culpam, pro qua a principio contracta fuit. Sed rectius Nauarr. *cap. 27. num. 27.* Henric. *lib. 13. cap. 29. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars V. l.*

Aula. 2. p. de censuris, cap. 7. disp. 3. dub. 14. Coninch. *disp. 14. dub. 16. num. 216.* Layman. *lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. in fine.* asserunt te non ligari amplius ea censura, nisi nouam culpam committas. Moueatur; quia censura ex sua institutione, habet esse poenam medicalem Ecclesiae inobedientiae. Ergo nulla stante inobedientia actuali, non potest nouo infligi, & infligta auferenda est. Et explicio, te absoluto a censura ex consensu creditoris, censura omnino destruitur, cum nullibi sit, ergo vt iterum renascatur, nouam contumaciam, & inobedientiam exigit. Quod secus est in poena temporali exilij, vel alterius damni, quae in punitionem peccati praeteriti imponitur, & latitudinem habet: haec enim cum ad tempus suspenditur, non tollitur, sed ex parte remittitur. At censura sublata pro aliquo tempore omnino aboletur. Ergo ne postmodum renascatur nouam contumaciam, & inobedientiam requirit; aliis censura in puram punitionem peccati praeteriti imponeretur ei, qui a contumacia, & inobedientia recessit.

11. Notanter dixi hoc modo absoluedi vt non posse alium a Pontifice. Nam Pontifex vt eo poterit, si veluit, cum censurarum institutio ab eo pendat; non est autem credendum eo vt, nisi manifestis verbis explicauerit. Quomodo modus absoluedi a censura, & in illam denouo incidendi aliisque vlla noua causa obstat illius decretis statuentibus censuram esse poenam medicalem delinquentis contumacis, auferendamque contumacia cessante, vt notauit Coninch. *d. disp. 14. dub. 16. num. 217.*

12. Tertius modus absoluedi ad reincidentiam est, si absoluedis in ordine ad alicuius tantum effectum nempe ad beneficij, seu alicuius privilegij collationem ad testimonium ferendum, &c. Sed ex vi huius absolutionis non absoluedis a censura, sed absoluedis ab aliquo illius effectu. Quo modo absolutionis nullus alius a Pontifice vt potest, vno casu excepto: quia nemini concessum est stante censura, illius effectum impedire, habere enim censura suos effectus ex Pontificia institutione; quam nullus alius a Pontifice mutare potest. Dixi vno casu excepto quia is ab ipsomet Pontifice conceditur ob illius necessitatem; Et tenim cuiuscunque iudici tam ordinario, quam delegato, tamen si potestatem non habeat absoluedi a censuris datum est, vt possit excommunicatum absolueri non absoluedi, sed ad effectum dicendi testimonium, quando alia via veritas cognosci non potest. Et *cap. veniens. 2. de testib. iuncto cap. praeterea. De officio delegati.* Sicuti notauit Paul. Laym. *lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. in fine.* Sayr. *lib. 1. thesauri casuum, cap. 16. num. 14.*

13. Rursum omnes dicti modi absoluedi a censuris praestari possunt in foro interiori, & in foro exteriori, & iudiciali. Si pro foro tamen interiori praestentur, non potest sic absoluedis se publice immiscere actibus per censuram prohibitis. Quod si contra faciat, poterit a iudice, vt censurae transgressor puniri, esto ipsi constet de absolutione; minus tamen, quam si verum esset transgressor. Quinimo si velit, poterit praedictam absolutionem in foro externo admittere, & a punitione supercedere, nisi a parte vrgeatur, vt ex Nauarr. tradit Stephan. Dauila 2. p. de censur. c. p. 7. disp. 3. dub. 12. Sayrus *lib. 2. thesauri casuum, cap. 16. num. 31.* Paul. Layman. *lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. circa finem.* Si autem pro foro externo absolutio concedatur, poterit sic absoluedis se gerere, ac si nunquam in censuram incidisset: quia est integra, & perfecta censura dissolutio.

§. III.

Qua forma, quo ritu, quibusque conditionibus censurae absolutio concedenda est.

- 1 Nulla est in iure forma praescripta.
- 2 Vnica absolutione ab omnibus censuris liberari potes.
- 3 Verbis vel scriptura censura absolutio praestanda est.
- 4 Qualis ritus seruandus sit in absolutione.
- 5 Quoad conditiones assinet ex parte absoluedis requiritur potestas.
- 6 Qualiter iudici concessum sit absolutionem praestare parte non satisfacia, lae examinatur.
- 7 Item ex parte absoluedis requiritur libertas a coactione, & metu.
- 8 Item requiritur, ne in causa principali decipatur.
- 9 Ex parte absoluedi requiritur regulariter petisio, et si necessaria non sit.
- 10 Non est opus, vt sit absoluedis praesens, et si expediat.

1. Nulla est in iure forma praescripta, sed ea tantum sufficit, quae voluntatem absoluedis declarat. Vt si dices. Ego te absoluo a vinculo excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, neque necessarium est exprimi causam, ob quam est incurfa, tamen id sit expediens. Quinimo ea verba tantum, *te absoluo*, praemissa petitione absolutionis a censura sufficienter exprimunt voluntatem ab ea absoluedi, vt bene notauit Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 23.* Sayrus *lib. 2. thesauri casuum, cap. 16. num. 3.*



2. Et quartus ligatus pluribus censuris etiam eiusdem rationis ab vna absolui possit alia non absoluta; quia vna ab alia non pendet, sicuti mortalia peccata; atamen ab omnibus illis vnica absolutione liberari poterit, si absolvens potestatem, & voluntatem habeat absolvendi, vti ex communi tradit Sayrus, lib. 2. thesauri casuum. cap. 21. à num. 16. eam autem voluntatem ab omnibus absolvendi non censetur iudex, seu confessorius habere, cui vnica tanquam censuram penitens manifestavit alias dolose cælans ex textu in cap. cum pro causa, & cap. officij de sententia excommunicat. Et tradit Glossa in d. cap. cum pro causa. Et ibi Panoritan. num. 6. Couarrut. cap. alma. 2. p. §. num. 13. Henric. lib. 13. cap. 30. num. 2. Sayrus alios referens d. cap. 21. num. 2. Vgolin. de censuris. tab. 1. cap. 9. §. 1. num. 20. & §. 4. num. 4. quia æquum non est, vt ex dolo, & fraude commodum obtineat censuratus.

3. Verbis autem, vel scriptura censuræ absolutionem præstandam esse non solum in foro exteriori, & iudiciali, sed in foro conscientie probat. vltus, & colligitur ex cap. cum desideres de sententia excommunicat. & Clement. vnica eodem tit. vbi non censetur absolui ab excommunicatione is, quocum summus Pontifex scienter excommunicat. Addit tamen Gaspar Hurtado disput. 14. de excommunicat. difficult. 4. non esse mortale aliis signis absolutionem conferre. Quod non credo maxime in absolutione iudiciali, tum quia adacturatur consuetudini receptæ in re graui. Tum quia est satis dubium, an ea absolutio subsistat.

4. Ritus seruandus in absolutione iudiciali à censura excommunicationis præscribitur in cap. à nobis 28. de sententia excommunicat. & habetur in Pontificali Romano. Huius omissione neque absolutionem inuolidam reddit, vt omnes facentur, neque illicitam grauius, nisi in solemnibus absolutione ad satisfactionem Ecclesiæ facta, vt notauit Gaspar Hurtado disput. 24. de excommunicat. difficult. 4. in absolutione autem penitentiali, est expedat regulariter prædictas caeremonias seruari, vt censuratus cautior in posterum sit, certum est absque grati culpa omitti posse, vti viri timorati faciunt. Si excommunicatio ob graue delictum incurta est, v. g. ob incendium grauemque clerici percussorem necessarium sub graui culpa exigendum est iuramentum ab absolvendo, quod in simile delictum non incidet iuxta textum in cap. ex tenore. Cap. de castro. Cap. cum desideres de sententia excommunicat. & tradunt ferè omnes Doctores. Proceditque tam in absolutione iudiciali, quam penitentiali. In absolutione verò excommunicationis, alteriue censuræ incurtae ob delicta leuiora, non est prædictum iuramentum ex obligatione exigendum, vti docent Henric. lib. 13. cap. 28. num. 4. Auila 2. p. de censur. cap. 7. disp. 3. dub. 2. Coninch. disp. 14. dub. 16. num. 204. Gaspar Hurtado disput. 14. de excommunicat. difficult. 4. Ab hac tamen obligatione iuramentum præstandi eximuntur impuberes, argum. cap. 1. de fin. de sententia excommunicat. vbi pueri ob percussorem clericum iubentur absolui, nulla mentione iuramenti facta, & tradit Siluest. absolutio. 3. numero 3. Henric. lib. 13. cap. 29. num. 3. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 19. §. 5. num. 4. Sayrus lib. 2. thesauri casuum. cap. 17. num. 3.

5. Quoad conditiones attinet aliquæ seruande sunt tam ex parte absoluentis, quam ex parte absolui, vt absolutio valide, & licite præstetur. Ex parte absoluentis requiritur potestas, quæ nemini alteri à clerico etiam in mortis articulo concessa est, vt optime tradit Paludan. in 4. d. 20. quest. 1. art. 2. Nauarr. cap. 26. num. 26. & cap. 1. num. 84. de penitent. dist. 6. Couarrut. cap. alma. mater. 1. p. §. 1. num. 9. Vgolin. tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 7. Sayrus lib. 2. thesauri. cap. 21. num. 3.

6. Sed an iudex cui committitur absolutio satisfacta parte censetur potestatem habere absolvendi, parte non satisfacta. Tradit de bulla cruciata. punct. 8. §. 5. resoluimus, si impotens sit satisfaciendo absolui posse præstita cautione pignoratitia, vti fideiusoria, aut si hanc non possit iuratoria, vti tradunt Nauarr. cap. 17. num. 48. Henric. de excommunicat. cap. 28. n. 1. Sayrus lib. 2. thesauri. cap. 17. num. 11. Valq. de excommunicat. dub. 20. Auila 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 8. & eid. Coninch. disp. 14. dub. 16. num. 206. Gaspar Hurtado disput. 14. de excommunicat. difficult. 5. n. 20. Quippe intentioni Ecclesiæ, & instructioni censuræ conformem esse, vt sublati inobediencia ipsa censura auferatur. Quare potestas absolvendi concessa satisfacta parte, subintelligitur in quantum fieri potest seruaturo iuris ordine.

Quod si potente censurato satisfactorem præstare realem, contentus iudex sit cautione iuratoria, non est dubium grauius peccatum, si absolutionem impendat, tum ob iniuriam parti factam; tum quia violat iuris ordinem præscriptis realem satisfactionem absolutioni præmitti, si fieri potest, Cap. 2. de sententia excommunicat. in 6. & cap. ex parte 13. de verbor. significat.

Difficultas grauis est, an valde absolui in prædicto casu Communior sententia docet iudicis delegati absolutionem inuolidam esse, quia non est censendus delegatus concedere potestatem absolvendi contra iuris præscriptum, & in tertij præiudicium; sic docuit Valq. de excommunicat. dub. 20. Suar. disput. 7. sect. 5. num. 4. & Sayrus cap. 20. num. 33. Coninch. disput. 14.

dub. 16. num. 211. Sanch. lib. 3. disp. 33. num. 2. Sed prædictam absolutionem valere satis probabile esse diximus dicto tract. de bulla, pun. 8. §. 5. & docet Sanch. supra, & in præfati Auila 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 9. Gaspar Hurtado disput. 14. difficult. 5. num. 22. Quia illa verba satisfacta parte non restringunt potestatem, sed monet delegatum de conditione, quam seruare censetur. Quippe illa conditio parti satisfaciendi non alia cauda apponitur in delegatione, quam à iure communi apposta est. Ad iure communi non apponitur vt conditio, cuius defectus irritat absolutionem. Ergo neque in delegatione censenda est apponitur. Neque inde fit peccare delegatum concedendo facultatem delegato valide absolvendi parte non satisfacta; nam sic Ecclesia non peccat concedens ordinario hanc potestatem, neque ipse ordinarius peccare poterit suam potestatem eo modo quo ipse habet alteri delegans. Satis enim iuri tertij cautum censetur dictæ absolutionis prohibitione.

7. Secundo ex parte absoluentis requiritur libertas à conditione, & metu ex expressa decisione textus in cap. cum de bis qui vi, metusve causa sunt. lib. 6. ibi, viribus euaciamus. Quod procedit à quocunque, vis, aut metus inferatur, vt notauit Vgolin. tab. 1. cap. 2. §. 4. num. 2. & cap. 4. in princ. num. 1. Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 1. num. 30. Secundo procedit hinc censura iustè, siue iniuste valde tamen lata sit, quia textus non distinguit; & quia iniustitia censuræ iuris remediis, non autem iniustitiis emendari debet, vt aduertit Sayrus supra Argum. cap. sac. §. caueant, de sententia excommunicat. & cap. cum censuratur de officio delegati. Tertio procedit, tamen iudex sub conditione futura censuram imo omissit, & ante impletam conditionem cogetur reuocare mandatum, ea reuocatio nulla esse, si inuenienteque ligatur, ac si nulla reuocatio præcedisset, vt aduertit Suar. disput. 7. sect. 6. num. 13. Sayrus lib. 2. thesauri. cap. 21. num. 30. Quarto procedit etiam in absolutione à minori excommunicatione. Tum quia vti est censura. Tum quia ratio ob quam absolutio à maiori excommunicatione per vim extorta irritatur, scilicet ne auctoritas, & efficacia potestatis Ecclesiasticæ diminuat, procedit in hac absolutione. Atque ita ex Geminian. & Felino in cap. si quem num. 4. de iocent. excommunicat. aduertit Sayr. dicto cap. 21. num. 30. & num. 31. optime notat absolutionem sic extorquentes noua excommunicatione ligari ex d. cap. unico, de hu. qua vi, lib. 6.

8. Tertio requiritur, ne absolvens in causa principali decipiat. Si enim absolvendus fingit se parti satisfactis, vel propositum satisfaciendi habere; cum tamen non habeat: absolutio non potest per surreptionem obrepta non subsistit, vt expressè colligitur ex cap. ex parte de officio ordinarij. Et cap. officij de iocent. excommunicat. & tradit Couarrut. alma. 1. p. §. 11. n. 4. Henric. lib. 13. cap. 30. num. 4. Sayrus lib. 2. thesauri. cap. 21. num. 17. Quippe non censetur iudex voluntatem absolvendi haberesse, nisi in voluntas irrationabilis, & contra iuris ordinem. Si tamen constaret (quod præsumi non debet) ipsum iudicem alius potestate absolvendi gaudentem velle non obstante fraude absolvere, tenebit absolui. Vti docuit Nauarr. cap. 27. num. 38. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 19. §. 5. num. 4. Sayrus lib. 2. cap. 11. n. 4. Auila 2. p. cap. 7. disp. 2. dub. 4.

9. Ex parte absolvendi regulariter requiritur absoluentis petitio non ita necessariò, vt alias impensa non habeat effectum, sed vt conuenienter concedatur. Nam cum censura impolit sit ad delinquentis correctionem, expedit postulatione iudicis demonstrare se correctum esse. Argum. cap. per iura de sententia excommunicat. & thesauri. cap. 21. n. 6. Ideoque potest inuito concedi. Cum enim censura sit pena nihil obstat quominus sine voluntate patientis auferatur; communitur tamen nunquam auferitur; quia id non expedit. Ad id aliquo casu iudicaretur bono communi expedire ei qui per censuras non corrigitur, absolutionem impendi; præstiti potest, vt licet tradit Suar. disput. 7. sect. 7. Sayrus supra.

10. Non autem est opus (vt contendit Vgolin. tab. 1. de censur. cap. 1. §. 1. num. 5.) absolvendum præseem esse iudici absoluenti. Nam sicut absens excommunicari per litteras potest, sic & absolui: vti colligitur ex cap. de manifestis. 2. q. 1. & cap. quanto. 2. q. 5. & cap. quisquis. 2. q. 9. Et tradit ibi Glossa Siluest. absolutio. 3. num. 9. Nauarr. cap. 26. num. 14. Henric. lib. 3. de excommunicat. cap. 29. num. 1. Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 1. num. 12. Debet autem causa vrgens adesse, vt licite fiat. Frequenter enim expedit tum ad reuerentiam censuratum, tum ad maiorem humilitatem, & cautionem ipsius censurati, non expedire: causa tamen vrgente concedi posse, vt tradunt Siluest. Sayr. Suar. Nauarr. & Henric. supra. Hoc autem proceator speciale mandatum habere debet petendo absolutionem, vt sic constet censuratum à contumacia recessisse, vt licet docuit Glossa in cap. qui ad agendum. verbo vel pacisci de transact. lib. 6. Speculator tit. de p. uatorib. §. siem apponitur. vers. 6. Vgolin. tab. 1. cap. 9. §. 1. n. 3. Qui & iurare debet de præfatione ea omnia quæ absolvendus præstaret, si prædix ad illud recessisset ad iuradium, vel cauendum speciale mandatum non habere.

nam eo ipso quo habet mandatum ad impetrandam absolutio-

§. IV.

Quibus competat potestas absoluendi & censuris ab homine latis.

- 1. A censuris ab homine specialiter latis absolvere potest qui tulit.
2. Verum est, nisi domicilium reus mutauerit.
3. Item etiam appellacionem interposuerit.
4. Excipiuntur plures casus, in quibus auctori censura non permittitur absolui.
5. Absoluit a censuris specialiter latis successor ferentis in manere, & dignitate.
6. Item superior ferentis censuras, si pleno iure superior sit.
7. Explicatur doctrina tradita.
8. Item absolvere potest delegatus cum causa cognitione a censura lata a delegante.
9. Probat nullum alium prater supradictos absolutionem concedere posse.
10. Omnes illi possunt absolvere a censura generaliter ab homine lata, qui possent ab ea absolvere, si a iure lata esset.

Regula generalis est. A censuris ab homine specialiter latis absolvere potest qui tulit, nisi ei fuerit interdictum. Item eius successor, superior, vel delegatus, & nullus alius. Et in omni censura auctorem posse absolutionem prestare colligitur ex cap. verum de poenitent. dist. 1. & cap. pastoralis §. prater de officio ordinarij: nam cum haec potestas factorem animarum respiciat non tam ad ligandum, quam ad solvendum tendenda est concessa; ideoque potestatem ligandi habens, & solvendi potestatem habere debet. Fautque regula iuris 1. & leg. nihil tam naturale ff. de regul. iur. Res per quasque causas nascitur, per easdem dissolvitur. Atque ita tradit S. Thom. 3. 2. in additionib. q. 2. 4. art. 1. Bonavent. in 4. d. 18. in 2. q. 1. dist. 1. 6. Durand. lib. 1. q. 4. num. 8. Paludan. q. 5. art. 2. dist. 1. 6. Sotus. d. 2. q. 2. art. 3. concl. 2. Henric. lib. 1. cap. 17. num. 1. Suarez. dist. 1. p. 7. sect. 2. Coninch. dist. 1. q. 4. dub. 16. num. 1. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. n. 2. Ex canonibus Hostiens. in sum. lib. 5. tit. de sententia excomm. n. 12. Panorm. in prudentiam, §. finali, & ibi Felin. n. 19. de officio delegati. Nauarr. cap. 27. n. 4. Couarru. cap. alma. 1. p. §. 1. n. 2. & alij quos refert, & sequitur Sayrus lib. 2. thesaur. cap. 20. Quod verum habet, tamen si reus domicilium mutet, adhuc ab eo, qui tulit sententiam, absolvendus est, argum. cap. proposuisti. Et ibi Glossa, verbo citatus de foro competent. Nam mutacione domicilij subterfugere non potest auctoris censuram iurisdictionem; sicuti tradit Vgolin. tab. 1. de censuris cap. 4. n. 7. Angel. verbo absolutio. 1. num. 7. Sayrus. lib. 2. thesauri casuum, cap. 20. num. 4. Suarez. dist. 1. p. 7. sect. 2. num. 13. Item etiam appellacionem interposuerit adhuc absolui potest a ferente censuram: quia per appellacionem interpositam non priuatur iurisdictione quoad ea, quae appellacioni non obstant; at absolutio a censura potius iurat appellacionem, cum sit illi, quod per appellacionem intenditur, colligiturque aperte ex cap. 6. ad iudice de appellacionib. in 6. Et tradit Panorm. in cap. quastionis. n. 7. Prapostus ibi num. 8. Imaola num. 5. de appellat. Suarez. dist. 1. p. 7. sect. 2. num. 32. Sayrus dicto cap. 20. num. 3. Est tamen notandum discrimen inter iudicem ordinarium, & delegatum. Nam iudex ordinarius interposita appellacione, & admittit potest absolutionem impendere appellanti, quia non deest esse iudex delegatus ante admittam appellacionem impendere absolutionem potest, quia adhuc est iudex in iis quae appellacioni non obstant. Secus vero appellacione admittit; quia eo ipso a iurisdictione priuatur. Argum. cap. cum appellacionibus, de appellacionib. lib. 6. sicuti notauit Panorm. in dicto cap. quastion. num. 7. Sayrus lib. 2. thesauri casuum, cap. 20. num. 3. Dixi posse auctorem censuram ab ea absolvere, nisi fuerit specialiter interdictum. Sunt enim plures casus, in quibus auctori censuram non permittitur absolui. Primus habetur in cap. graue de praebendu, vbi ad Concilio suspenduntur ij, qui post leuandam monitionem non correcti Ecclesiastica beneficia indiget conuulerunt; a qua suspensione nullus alius prater Pontificem, vel vnum ex quatuor praecipuis Patriarchis absolueret potest, sicuti notauit ibi Panorm. & Siluest. verbo absolutio. 1. num. 3. Secundo habetur lib. 2. cap. 20. n. 8. Secundus colligitur ex e. quatuor de officio delegati, vbi excommunicatum a delegato Sedis Apostolicae; eo quod suae sententiae definitiue parere recusat, absolueret nequit post annum ab incurta excommunicatione. Secus ante annum clausum, vel ante definitiuam sententiam: sicuti notatur Glossa, Innocent. & Panorm. ibi. Angel. verbo Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars V. l.

absolutio. 2. num. 1. Nauarr. cap. 27. n. 40. Sayrus lib. 2. cap. 20. num. 9. Coninch. dist. 14. dub. 16. n. 256. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. num. 2. Suarez. dist. 1. p. 7. sect. 2. num. 7. Tertius continetur in cap. tua nos de sententia excommunicat. vbi dicitur, ut incendiarius excommunicatus ab ordinario, & vt talem denunciatum remittendum esse Sedi Apostolicae pro absolutione obtinenda, sicuti notatur ibi Glossa. Siluest. verbo absolutio. 1. num. 3. Sayrus d. cap. 20. n. 10. Coninch. dicto dub. 16. num. 256. Paul. Layman. cap. 7. num. 2. Quatuor colligitur ex e. si celebrat de clerico excomm. ministr. & cap. duobus de sententia excomm. c. 3. de supplenda negligent. pralae. Quoties excommunicatus in excommunicationem denunciatam incidit, vel ob delictum depositus, vel ob aliam causam iurisdictione priuatus est, nequit a se excommunicatus absolueret; quia absolutio est actus iurisdictionis, vt tradit in praesenti Angel. dicto verbo Absolutio in princ. Siluest. n. 3. Coninch. n. 256. Sayr. n. 11. Quintus sumitur ex cap. ex frequentibus de institutionib. & ibi Gloss. & Ioann. Andr. verbo confirmantes. & Panorm. n. 12. Nauarr. cap. 27. n. 40. Angel. verbo absolutio. num. 4. Siluest. eodem. 3. n. 3. Sayrus n. 12. Coninch. & Layman. supra. Si Pontifex ex certa scientia sententiam censuram ab ordinario latam confirmet; eo ipso absolutionem sibi referuat: quia ea confirmatione ordinarij sententiam suam esse facit; argum. cap. de confirmat. vtili, vel inutili. & cap. Apostolica, de praebendis lib. 6. Sextus potest colligi ex cap. vbi §. finali de officio delegati cui est commissa potestas excommunicandi, vel suspendendi rebelles absque causa cognitione nequit a se censuratos absolueret, quia solum illi nudum ministerium est delegatum, censuramque executioni commissa, sicuti notatur Angel. absolutio. 2. n. 1. Siluest. eodem. n. 3. Nauarr. cap. 27. num. 44. Henric. lib. 1. 3. cap. 28. n. 6. Vgolin. de censuris. tab. 1. cap. 4. n. 13. Sayr. d. cap. 20. n. 13. Coninch. n. 256. fine.

Secundo absoluit a censuris specialiter latis successor ferentis in munere, & dignitate, vt deciditur cap. si Episcopus. 1. x. q. 3. censetur namque eadem persona cum praedecessore. Argum. cap. 1. de solutionib. Quod procedit etiam in successore iudicis delegati, vt sumitur ex cap. pastoralis §. prater de officio ordinarij. Et notauit Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 20. n. 19. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 7. §. de successor. Item procedit etiam si successor ad tempus; quia ex iure communi eadem praedecessoris potestate potitur. Vnde capitulum sede vacante medio vicario a se electo absolueret poterit excommunicatos ab Episcopo. Cap. 3. de supplenda neglig. pralae lib. 6. Et cap. unico de maiorit. & obedien. Trident. sess. 24. cap. 16. de reformat. & tradit omnes.

Tertio absolueret potest superior ferentis censuras, si pleno iure superior sit, sicuti Pontifex est superior ordinariorum, & Generalis est superior Prouincialium, & Prouincialis rectorum, & Episcopus sui Vicarij, & Delegatus sui delegati. Quippe iure proprio vniuntur, ideoque nullam inferiori irogant iniuriam. Quod intelligendum est, nisi ex consuetudine contrarium habeatur, sicuti in regularibus Episcopo subiectis contingit, qui si excommunicati, vel suspensi fuerint a suo praetato regulari ex causa religiosam disciplinam spectant nequeunt ab Episcopo absolui, nisi media appellacione interposita; quia prima instantia regulari Praetato competit iuxta Glossam in cap. quanto. vers. si pralati de officio ordinarij. Panorm. in cap. reprehensibilis de appellacionib. n. 1. Idem est in aliquibus Archiepiscopis potentibus ferre censuras, qui licet subdantur Episcopo, vt colligitur ex cap. 1. de officio ordinarij: at saepe ex consuetudine, vel privilegio concessum illis est, ne eorum censuras Episcopus relaxet, neque ab eorum sententia appellari possit ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum, vel Pontificem: quo casu nequit Episcopus se intromittere. Argum. cap. dilecto de officio Archiepiscopi. Et notauit Paludan. in d. 4. 18. quast. 5. art. 2. Sayrus alios referens, d. cap. 20. num. 16. Nunquam tamen superior absolueret debet ab inferiori censuratos esse validum possit: quin prius satisfactionem plenam exigit, & inferiorem praetatum moneat, ne eius auctoritas contemni videatur, vt docuit Glossa in cap. cum Ecclesiarum, verbo non relaxes, & ibi Innocent. & Panorm. de officio ordinarij. Idem Panorm. cap. officium prope finem, & cap. dilecto num. 7. de officio Archiepiscopi. Couarru. cap. alma mater §. 12. num. 3. Vgolin. tab. 1. de censuris cap. 4. §. 1. num. 7. Sayr. lib. 2. de excommunicat. c. 20. num. 16. Paul. Laym. dicto cap. 7. vers. deinde.

Dixi superior pleno iure, vt denotarem esse plures superiores non absoluit, sed certis in casibus: vt est Archiepiscopus comparatione suffraganeorum. Non enim pro libito absolueret a censuris inferiorum potest, sed solum tempore visitacionis. Cap. cum ex officio de praescriptionib. vel causa ad ipsum per appellacionem deuoluta, & tunc vocatis partibus, & cognicione causa praemissa; aliis non tenet absolutio, vt colligitur ex e. Romana. Et cap. venerabilibus, de sententia excomm. lib. 6. Quod si compererit censuram nullam esse, id nulla facta mora declaret; si autem inique latam esse, absoluat statim, si dubitet; cautione praestata absoluat. At si constituerit censuram iustam fuisse, etiam ab ea possit absolueret, expedit tamen appellatam auctori censuram remittere, nisi sit periculum in mora.

vel ille noit absolutionem tribuere, vt fumiur ex cap. Ad r-
primendum de officio ordinarj: Et tradit Abbas in cap. cum ab
excommunicato de reſcripti. num. 14. Vgolin. tab. 3. de cenſuris
cap. 4. §. 1. num. 31. Sayrus lib. 2. theſauri caſuum. cap. 2. §. 1. 17.
& 23. Suar. diſp. 7. ſect. 2. num. 31. Idem eſt de Patriarchis
computatione Archiepiſcopum, nequeunt inquam excommuni-
catos ab Archiepiſcopis abſoluere niſi in gradu appellacionis, vt
in dicto exp. venerabilibus de ſententia excommunicata. lib. 6.
notant Doctores teſte Sayro d. cap. 1. o. num. 18. Quinimo neque
Legatus à latere quauis omnium Prælatorum ſue provincia
index ſit, & ſuperior poteſt abſoluere cenſuratos ab inferiori-
bus Prælatiſ extra caſum appellacionis, vt docuit Felin. in cap.
ad eminentiam num. 2. de ſententia excommunicata. Villadiego
tract. de legatio. quaſt. 1. 3. & 13. Vgolin. tab. 1. cap. 4. §. 1. num. 1.
Sayrus lib. 2. theſauri caſuum. cap. 20. num. 3. Paul. Layman.
lib. 1. ſum. tract. 5. par. 1. cap. num. 2. verſ. de ſuperiore.

8. Quare abſoluere poteſt delegatus cum cauſe cog-
nitione à cenſura lata à delegante, modo delegans iuriſdictione
priuatus non ſit, vt ex omnium ſententia tradit Sayrus, dicto
cap. 20. num. 14. Delegatus verò, cui abſque cauſe cog-
nitione poteſtas ferendi cenſuras conceditur, neque abſolutionem præ-
ſtare: quia nudum tantum miniſterium illi delegatum eſt: vt
tradit Nauarr. cap. 27. num. 40. Vgolin. tabula 1. cap. 4. §. 4.
Sayr. cap. 20. num. 14. Auila 2. p. cap. 7. diſp. 1. dub. 9. caſu 4.
Suar. diſp. 7. ſect. 2. num. 8. Paul. Layman. lib. 1. ſum. tract. 5. par.
1. cap. 7. verſ. denique.

9. Quod verò nullus alius præter auctorem cenſuræ, cuiusque
ſucceſſorem, ſuperiorem, vel delegatum abſoluere poſſit à cen-
ſura ſpecialiter lata, pluribus comprobatur Sayrus d. cap. 20. à
num. 1. Coninch. diſp. 14. dub. 16. num. 25. Suar. diſp. 7. ſect. 2.
per totam. Laym. d. cap. 7. verſ. Porro. Gaſpar Hurtado diſp. 15.
de excommunicata. diſp. 6. Ratio eſt manifeſta, quia nemi-
nialteri reperiuntur conſeſſa huius vinculi diſſolutio, & merito,
ne iudicium iuriſdictionis turbetur, eorundem auctoritas contemna-
tur. Cum enim hæ cenſuræ non ferantur, niſi reo nominatim
citato, expedit ibi cauſam ſibi, vbi capta eſt. Quapropter
etiã ſi domicilium reus mutat, non obinde conſequi poterit à
præſato noui domicilij abſolutionem, vt colligitur ex cap. pro-
poſuiſti. Et ibi gloſſa verbo citatus, de foro competentis. Et no-
tauit Vgolin. 1. cap. 4. num. 7. Sayrus d. cap. 20. num. 4. Ver-
ùm ſi reus paratus ſit ſatisfactionem præſtare, & ob infirmitatem,
aliudve impedimentum adire non poſſit cenſuræ aucto-
rem, vt abſoluatur; poterit ab æquali iudice, ſeu inferiori abſolui
præſtito iuramento, quod quamprimum poterit ſe præſenta-
bit ei cui de iure competebar abſolutio, iuxta textum in cap.
quod de his. Cap. ex cognoscitur. Cap. quomodo de ſententia ex-
communicata. Item cum cenſura ſit poena medicinalis multis
ſpiritualibus commodis priuatis, expediebat poſtea correctione
aucteri.

10. Verùm ſi de ſententia ab homine generaliter lata lo-
quamur, omnes illi poſſunt abſoluere, qui poſſunt ab ea ſententia,
ſi à iure lata eſſet, vt docent Couarru. 1. p. §. 12. num. 4.
Sayrus lib. 2. de excommunicata. cap. 19. num. 5. & cap. 20. num. 2.
Nauarr. cap. 27. num. 44. Henric. lib. 13. de excommunicata.
cap. 28. num. 5. Suar. diſp. 7. ſect. 2. num. 23. Coninch. diſp. 14.
dub. 16. num. 257. Tolet. lib. 1. cap. 16. num. 7. Paul. Layman.
lib. 2. ſum. tract. 5. par. 1. cap. 7. num. 3. Auila 2. p. de cenſur. cap. 7.
diſp. 1. dub. 9. Gaſp. Hurtado diſp. 15. diſp. 6. Colligiturque
ex cap. ex frequentibus de inſtitutionibus, vbi ſupponitur ex-
communicationem contractam ratione ſententiæ generalis ab
Archiepiſcopo late ab inferioribus Prælatiſ abſolui poſſe. Ra-
tio eſt; quia ex abſolutione huius cenſuræ ab aliis prælatiſ facta
non perturbatur tribunal iudicis ferentis, cum reus non fuerit
nominatim citatus. Neque his obſtat quod in c. nuper de ſenten-
tia excommunicata. ſolum à cenſura iuris non reſeruatã con-
ceſſum ſit aliis à ferente cenſuram abſoluere. Cum ergo hæc
non ſit cenſura iuris, ſed iudicis, ſolum qui eam tulit, vel eius
ſucceſſor, ſuperior, aut delegatus abſoluit, vt docent Felin. cap.
paſtoralis §. præſerea. num. 9. de officio ordinar. Richard. in 4.
d. 18. art. 5. quaſt. 5. Summa Aſſienſi. par. 2. lib. 7. tit. 3. q. 5. Ca-
ſetan. verbo abſolui ab excommunicata. Summa conſeſſor. lib. 3.
tit. 33. quaſt. 86. Vgolin. tab. 1. cap. 4. num. 3. Valq. de excommu-
nicata. dub. 19. num. 9. Non inquam obſtat, quia cenſura à iudice
lata per generalem ſententiam iuris cenſuræ æquiparatur, vt
pote qua lata ſit per modum ſtauti, legis, ſeu præcepti, nulla
Rei ſpeciali citatione præmiſſa, atque adeo potens abſoluere à
cenſura iuris, & ab hac poterit. Vnde eum in dicto cap. nuper
aſſeruit à ſententia iudicis nullum alium abſoluere poſſe præ-
ter illum auctorem, intelligendum eſt de ſententia ſpeciali in
ſpeciales perſonas lata cum earum citatione. Secus de ſententia
generalis.

Hinc infero cum Coninch. & Paulo Layman locis citatis, ſi
excommunicatus, ſeu ſuſpenſus ſis generali ſententia in hac dieceſi,
& in aliam te transferas, vbi illa cenſura dieceſano reſer-
uata eſt, non poteris ab alio, quam à dieceſano abſolui, quia per
ſe in illa dieceſi nullus auctoritatem habet. E contra verò ſi in
illa dieceſi ea cenſura reſeruatã non eſt, tamen ſi vbi contractiſ;

reſeruatã fuerit, poteris à quolibet ſacerdote iuriſdictionem
abſoluedi habente ibidem abſolui, quia quilibet in eam cenſu-
ram iuriſdictionem habet.

§. V.

Qui poſſint abſoluere à cenſura iuris,

1. A cenſura non reſeruatã abſoluere non poſſunt omnes illi,
qui iuriſdictionem in foro externo habent.
2. De Parochis, alijsve ſacerdotibus plures negant abſoluere poſſe.
3. Verior eſt oppoſita ſententia.
4. Satisſit oppoſito fundamento.
5. Cenſuram reſeruatã nullus alius ab auctore, vel eius
ſucceſſore, aut delegato abſoluere poteſt, exceptis alijs
quibus caſibus.
6. Qualiter concedatur inferioribus hæc poteſtas abſoluedi
impeditis.

1. Cenſura iuris alia eſt reſeruatã ipſi auctori, alia non re-
ſeruatã. Cenſuram non reſeruatã ſue lata ſit ab Epil-
copo, ſiue à Pontifice relaxare poteſt ſibi ſubditiſ qui iuriſdictionem
in foro externo habet, ideoque non ſolum Epilcopus,
ſed Abbates, Guardiani, Rectores, Priores, & ſimiles cenſu-
ram excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdici relaxare ſibi
ſubditiſ poſſunt; vt tradit Gloſſa. Panor. Felin. & alij in cap.
nuper de ſententia excommunicata. Nauarr. cap. 27. num. 39.
Couarru. cap. alma mater. 1. p. §. 12. num. 4. Vgolin. de cenſur.
tab. 1. cap. 10. num. 1. Henric. lib. 13. cap. 27. num. 3. Suar. diſp.
ſect. 2. Sayrus plures referens. lib. 2. cap. 9. num. 2.

2. Difficultas autem eſt de parochia, alijsve ſacerdotibus po-
terit abſoluere à peccatis mortalibus, an poſſit abſoluere à
cenſura non reſeruatã? Negant Gloſſa. Panor. Felin. & alij verbo
reſeruantur de poenit. & remiſſionib. Panor. in cap. 2. num. 1.
Et cap. nuper. num. 6. de ſententia excommunicata. Federic. Sen-
ſenſ. conſ. 14. num. 4. Richard. in 4. d. 18. art. 9. q. 1. in ſpec.
Couarru. plures referentes in cap. alma mater. 1. p. §. 12. v. 5.
teſtaturque in praxi eſſe receptum, & ſpectata conſuetudine.
Idem Aſſeruit Sayrus lib. 2. theſauri caſuum cap. 19. in ſum.
Mouentur, quia ad cenſuræ abſolutionem, ſicut ad excommu-
nicationem ferendam requiritur iuriſdictione in foro iudiciali.
Cum igitur parochus, alijsve ſacerdotibus hæc forenſi iuriſdictione
careant, & poterit abſoluedi carere debent.

3. Nihilominus communior eſt ſententia, & inter Theolo-
gos magis recepta poſſe parochum, alijsve ſacerdotem pro-
priam abſoluere à cenſura iuris non reſeruatã: vt docuit Inno-
cent. in cap. nuper. num. 6. de ſententia excommunicata. Hoſ-
ſienſi. ibi. S. Thom. in addit. 3. p. q. 23. art. 2. Bonauc. in 4.
d. 18. in vit. parte diſtinct. 9. 6. num. 84. Gabab. quaſt. 3. art. 3.
dub. 6. Socus d. 22. quaſt. 2. art. 2. conſ. 3. Silueſt. verbo abſolu-
tio. 1. num. 4. Armilla num. 36. Nauarr. cap. 27. num. 3. Hen-
ric. lib. 13. cap. 28. num. 5. & cap. 35. num. 2. Stephan. Diaz.
2. p. de cenſur. cap. 7. diſp. 1. dub. 4. Suar. diſp. 7. ſect. 3. Con-
inch. diſp. 14. dub. 5. conſ. 2. num. 20. Valq. de excommuni-
cata. dub. 19. Gaſpar Hurtado diſp. 15. diſp. 6. Vgolin. tab. 1.
de cenſur. cap. 10. §. 5. num. 3. Colligiturque ex cap. nuper de
ſententia excommunicata. vbi dicitur, quia conditor canonis ſpe-
cialiter abſolutionem ſibi non reſeruaui, eo ipſo alijs vicarij
facultatem conceſſiſſe relaxandi. Et licet textus de excommu-
nicatione minori loquatur: at ratio cum pro deſiſſione iuris in
omni cenſura procedit, vt Docteres relati notantur. Et conſe-
nto, Pontifex reſeruat ſibi abſolutionem ab aliquibus cenſu-
ris tacite concedit poteſtatem abſoluedi ab alijs, quos non
reſeruat.

4. Fundamentum verò oppoſitæ ſententiæ non videtur. Solum
enim probat parochum, alijsve ſacerdotem non habere pote-
ſtatem ex vi ſui muneris abſoluedi à cenſuris, ſicut nec legimus
non tamen probat eam poteſtatem non habere ex delegacione
iuris, vt recte ponderauit Vgolin. dicto cap. 10. §. 5. num. 3. Quam
poteſtatem parochus delegare alteri poterit; quia ſuo munere
ex iuris diſpoſitione amectitur, vt tradit Suarez & Coninch.
1. alleg. Quinimo eſt poteſtas non ſolum pro foro interno, &
Penitentiali conceſſa, ſed etiam pro foro externo, quia decreta
Pontificiæ præſcriptæ forum externum ſpectare ſolent; & cum
fauores principij amplij debeat, nulla eſt cauſa, ob quam
hæc poteſtas ad forum interius reſtringi debeat, vt bene po-
terit Suar. d. ſect. 3. num. 9. Vgolin. d. §. 5.

5. Si verò de cenſura reſeruatã loquamur nullus alius ab au-
thore cenſuræ, vel eius ſucceſſore, ſuperiore vel delegato abſolu-
ere poteſt: vt expreſſe colligitur ex dicto cap. nuper de ſenten-
tia excommunicata, & tradunt omnes. Verùm ſunt aliqui caſus,
in quibus conditor canonis hanc poteſtatem alijs conceſſit.
Primò pro excommunicatione lata in can. ſi quis ſuaderit Dia-
bolo 17. quaſt. 4. conceditur facultas Epilcopiſ abſoluedi mul-
lieres, & impubes etiam poſt pubertatem, cap. ſi veris. Cap.
mulieres. Cap. quomodo de ſententia excommunicata. Item Ab-
batibus, Prælatiſque regularibus eadem conceditur poteſtas
abſoluedi ex conſilio Epilcopi Religioſos, qui ſe mirando
perculſe

perissent. Cap. Monachi. Cap. cum illorum, de senentia excommunicat.

De quo latius cum de hac excommunicatione habeatur sermo Secundo conceditur omnibus Episcopis in Trident. sess. 24. ca. 6. de reformat. Potestas absolventi ab omnibus censuris, & penis Sedi Apostolicæ referatis, modo non fuerit publicæ inq[ui]sitionis ad forum concatoriolum deducta. Tertio Religiosis ordinum Mendicantium, & aliis qui in eor[um] privilegiis communicant, conceditur per modum privilegii perpetui potestas absolventi ab omnibus censuris Sedi Apostolicæ referatis exceptis illis, quæ in bulla cana Domini continentur, ut habetur in n[ost]ri privilegii verbo absolventi. Quarta privilegio bulla Cruciarum facultas conceditur cuilibet sacerdoti ab ordinario approbato absolventi a censuris non referatis toties quoties a referatis verò etiam in bulla cana contentis semel in vita, & semel in morte. Et his absolutionibus nulla censuratio obligatio comparandi coram auctore censuræ relinquatur, quia nomine ipsius, & ex eius delegatione impena est. Quæ omnia latius explicati tractat de bulla Cruciarum p[ar]t. 8. §. 4. ubi an hæc absolutio vitæ Cruciarum prodelle possit pro foro externo.

6. Sub obligatione tamen comparandi coram censuræ auctoritate conceditur Episcopis, imò sacerdoti proprio facultas absolventi quilibet impedito adire Pontificem ex quacunque causa hoc n[on] situr impeditum. Vti habetur in cap. ea n[on] situr. Et cap. n[on] situr de senentia excommunicat. In quibus textibus cessit solum sit sermo de excommunicatione incurta ob percussione[m] clericis, Doctores tamen committere extendunt ad quamlibet censuram Pontifici referatam sententia latius tradunt Navar. v[er]o 2. num. 8. Vgolin. ab. 1. de censur. cap. 4. §. 9. num. 11. & sequitur lib. 2. thesauri casuum. cap. 20. num. 25. Coninch. lib. 1. dub. 1. 6. num. 2. 4. Galpar. Hurtado disp. 1. de diffinit. 3. Neque sic impeditur teneat medio procuratore comparere coram Pontifice, sed solum obligatur cessante impedimento comparere; alias in eadem excommunicationem incidere iuxta textum in cap. eos q[ui] se senentia excommunicat in 6.

7. Deinde pro articulo mortis omnibus sacerdotibus etiam excommunicatis concedit Trident. sess. 14. cap. 7. facultatem absolventi ab omni censura sine iuris, sine hominis præfetto prius iuramento quod quamprimum possit se præsentabit eia[rum] quo de hac absolutione erat, ut colligitur ex d. cap. eos qui de senentia excommunicat in 6. Vti notatur Navar. Vgolin. Sayr. Coninch. & Hurtado loc. cit.

DISPUTATIO II.

De Excommunicationis censura.

Explicatis iis quæ communia sunt omnibus censuris, explicari debent quæ cuilibet censura sunt propria. Cum ergo excommunicatio sit præcipua censura, ab ea eorundem sumamus.

PUNCTUM I.

- 1. Vnde dicitur excommunicatio.
- 2. Quæ dicitur de senentia ur.
- 3. Quibus bonis priuat excommunicatio.
- 4. Quia ratione ab aliis penis distinguatur.
- 5. Est omnium penarum gravissima.

1. Excommunicatio dicitur, quia à communione segregat. Et enim cum fideles omnes tempore nascens Ecclesie pertenerant in doctrina Apostolorum, & communione corporis Christi, iuxta illud Actuum 2. qui ab hac communione arcebantur, dicebantur excommunicati, id est, extra communionem facti. At feruore fidelium erga communionem diminuto, & peccatis aggregatis Ecclesia excommunicationis censuræ priuationem auxit, ut non solum priuaret excommunicatum Eucharistia receptione, sed receptione aliorum Sacramentorum, illorumque administratione, aliisque bonis, ut bene notauit Henricq. lib. 13. de excommunicat. cap. 2. num. 1.

2. Doctores cõmmittere definiunt excommunicationem, ut sit censura ab Ecclesia instituta, separans excommunicatum à communione fidelium. Colligitur ex cap. omnis Christianus. Cap. canonica. 11. q. 1. Dicitur censura; quia censuratur, & corrigitur rebelles, & contumaces media bonorum Ecclesiasticorum priuatione, quodque regulariter solum in eos, quorum correctio speratur, facta esse vti colligitur ex cap. non audiam. 2. q. 3. cap. 1. de senentia excommunicat. in 6. & pluribus etiam Couarrui. in cap. alma. 1. p. 5. num. 10. Sayrus lib. 1. de excommunicat. cap. 3. num. 9. Quod si aliquando in eum, qui non præsumitur emendandus, facta fuerit, id est, ne alii eius communicatione inficiantur iuxta textum in cap. referenda. Cap. corripitum. 2. q. 3. Appellatur Ecclesiastica, quia ab Ecclesia fuit instituta, ut pluribus comprobatur Sayrus lib. 1. thesauri casuum. cap. 4. num. 8. & Sayr. disp. 7.

3. Neque contrarium colligitur ex illis verbis Christi, Mathe 18. Si Ecclesia nõ auerit se tibi sicut ethnicus, & publicanus, ibi namque non priuatur rebellis Ecclesie bonis, sed monetur rebelles, ut illius consortium fugiant, eaque cum illo communicent, sicuti cum ethnico, & publicano. Deinde separat excommunicatum à communione fidelium, id est, separat excommunicatum, ne communicet cum aliis fidelibus.

3. Sed quia fideles pluribus in bonis communicare inter se possunt, videndum est quibusnam excommunicatio priuat. Primo namque fideles excommunicantur in fide, charitate, & gratia, donisque supernaturalibus, quibus Christo Domino tanquam capiti vniuntur; non quia per fidem, & gratiam aliorum nostra fides, & gratia augetur, sed quia ratione bonorum operum iustorum, quæ ab ipsa fide, & gratia proueniunt etiam absque expressa ipsorum intentione concedit aliis deus specialia auxilia, singulariaque beneficia, ut colligitur ex Paulo ad Rom. 12. 1. Cor. ad Ephes. 4. His namque bonis non priuat excommunicatio, sed supponit excommunicatum priuatum medio peccato ad incurrandam excommunicationem requisito: Ecclesia namque nec priuat, nec priuare potest fideles fide, gratia, aliisque virtutibus supernaturalibus: hæc enim non nisi à volentibus deperduntur. Vnde existente excommunicatione potest excommunicatus ea bona recuperare, si à contumacia resipiscat, colligitur videtur ex 2. Dixi. Cap. Magna de pen. dist. 1. Secundo communicant fideles in conuictu pure externo, scilicet in colloquiis, contractibus, & commerciis. Tertio in bonis spiritualibus, ut in Sacramentis, orationibus Ecclesie, aliisque diuinis officiis. Excommunicatio igitur si pro maiori sumatur priuat excommunicatum hæc secunda, & tertia communicatio, ut tantis bonis priuatus ab inobedientia, & contumacia recedat iuxta textum in cap. cum non ab homine de senentia excommunicat.

Notanter dixi orationibus Ecclesie, ut tacite insinuetur excommunicatum priuari tantum bonis, quæ nomine Ecclesie præstantur, non verò quæ præstantur nomine singulorum fidelium. Non enim Ecclesia priuate intendit excommunicatum bonis spiritualibus, quæ ipsi ab aliis fidelibus nomine proprio communicari possunt. Nam hæc non sunt bona Ecclesie, neque illius dispositioni subduntur, sed fidelium propria, & ex eorum voluntate applicantur. Quapropter pro excommunicatis etiam denunciatis priuata intentione, seu nomine proprio poterit orare & sacrificij actum quatenus à te procedit offerre in illorum satisfactionem, & impetrationem, ut restit aduertit Siluest. verbo excommunicatio. 1. num. 2. Navar. cap. 27. num. 36. Couarrui. cap. alma. 1. p. 5. num. 4. Aulla 2. p. de censur. cap. 6. dist. 4. dub. 1. concl. 2. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. part. 2. cap. 1. num. 4. Porro excommunicatio sæpe nomine anathematis significatur, ut constat ex cap. Guillelarius 23. 7. 4. Nam esto præcisè, & in rigore significet separationem à communione, ut tradit S. Chrysol. hom. 16. ad Roman. 5. Thom. ad Galatas vel ut placet August. 1. 4. suorum operum. cap. 40. & 41. in Numeros, significet maledictionem, seu execrationem iuxta illud Mar. 14. cepit anathematizare, & Zacharias. 14. habitamus in Hierusalem, & anathema non erit amplius. At cum excommunicatus à consortio fidelium separatur, & offeratur, & tanquam quid execrabile, & maledictum vitetur, merito sub hac voce anathema, excommunicatio maior intelligitur. In sacris autem canonibus anathema partim usurpatur ad significandam excommunicationem incurtam propter hæresim, vel illius suspensionem, utpote omnimodam, & præcipuam ab Ecclesia separationem iuxta textum in cap. cum non ab homine de Iudicis, & Trident. sess. 15. cap. 3. de reformat. partim ad significandas quasdam excommunicationis solemnitates, videlicet cum excommunicatio denuntiatur candelis incensis, & postmodum extinctis, aliisque ceremoniis ab Ecclesia institutis iuxta textum in cap. debent. 1. q. 3. Quia ratione in cap. Guillelarius anathemati addita est vox Maranatha, quæ domini aduentum significat. 1. Corinth. 16. quæ denotatur excommunicatum, nisi peniteat prædictum ab Ecclesia esse futurum vsque ad Domini aduentum, ubi suæ contumacie penas luet; sicuti notauit Glossa in dicto cap. Guillelarius. Partim anathema sumitur ad distinctionem minoris excommunicationis, ut in cap. Engeltrudam. 3. q. 4. ubi prius lata fuit excommunicatio minor, & postmodum maior. Vnde Couarrui. cap. alma. 1. p. 5. num. 10. Suar. disp. 8. sess. 2. num. 9. Sayrum lib. 1. thesauri casuum. cap. 3. num. 6. Coninch. disp. 14. dub. num. 4. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 1. in fine.

4. Ex his constat, quia ratione excommunicatio ab aliis censuris, scilicet suspensione, & interdicto distinguitur. Distinguitur namque quia pluribus bonis priuat, & præcipue quia illis priuat, quatenus sunt fidelium inter se communicatio, suspensio namque beneficii, & officij Ecclesiastici vsu priuat, interdum diuinis officiis secundum eorundem naturam: at excommunicatio directè, & per se illis, aliisque bonis priuat, quatenus fideles per illa inter se communicant, ut bene aduertit Coninch. disp. 14. dub. 1. num. 2.

5. Secundo constat excommunicationem esse omnium penarum Ecclesiasticarum gravissimam, utpote quæ priuat maximis spiritualibus bonis, idèoque Celestium. III. in cap. cum non